

1556. 15bris.

Ex Micharia Kalichsui.

Episcopi Curiae Michow: toto Gnesna

parma & Kretowa Gnes

Episcopi Curiae Latalski

inde: Gnesna

Monachorum Michoviensium

48

Sigismundus Augustus DEI gratia Rex Poloniae magnus Dux
Lithuaniae Russiae Prussiae Mazoviae Samogitiaeque etc. Dominus et
haeres. Significamus presentibus literis quorum inter est univer-
sis. Quia cum expositum esset coram nobis per quosdam consili-
arios nostros nomine religiosorum Fratrum Sancti Sepulchri Do-
minici in monasterio extra muros Gnesnenses in suburbio
grybowo, apud Sanctum Joannem consistentium Canobij Mi-
choviensis epe nonnullos et subditis nostris qui eos bonaque eor-
um variis damnis et injuriis afficiant: supplicatum est nobis eor-
um nomine ut cum ipsi se ipsos bonaque sua per se ab injuriis defendere non
possunt, olemus de clementia et auctoritate nostra Regia ipsis de
oportuno defensionis remedio providere et aliquem in tutorem
et defensorem legitimum dare et constituere qui eos bonaque eor-
um ab ejusmodi injuriis tueri et vindicare possit Nos qui supremus
omnium Ecclesiarum bonorumque Ecclesiasticorum Patronus et defensor
sumus. Intelligentes Religiosorum etiam et Monasteriorum curam
et defensionem ad nos pertinere, praecipue vero eor-
um que aut
nostra aut major aut antecessorum nostrorum fundationis sunt
supplicationi pro parte dictorum fratrum ad nos facta pro debito mu-
neris nostri hac in re deesse nolumus habentesque commendatam vir-
tutem integritatem et pium propensumque affectum ac singulari
erga ipsos Religiosos fratres Monasterii praedicti favorem et be-
nevolentiam Magnifici et Gnesni Erasmi de Kretowa Gnesneu
et Capitanei Bydrewis et Euf. Georgij Latalski Landeshis Castel-
lanos ipsos in tutores et defensores legitimos praedictis fratri-
bus auctoritate nostra Regia dandos et designandos du-
ximus, damus et designamus hinc literis nostris tantum per
quoad ipsis religiosis fratribus visum fuerit vel expedierit,
Quibus quidem tutoribus et defensoribus injungimus et mandamus
plenamque et omnimodam potestatem damus eisdem Religio-
sos fratres bonaque omnia eor-
um, ab injuriis quarumcunque perso-
narum status et conditionis cujuscunque existentium, tuendi vin-
dicandi et defendendi ita ut sub eor-
um tutela ipsi Religiosi
fratres tuti et securi bonis suis omnibus quiete et tran-
quille uti possint. In aequae rei fidem et testimonium siquid-
lum nostrum presentibus est appensum. Datto Carthoviae
feria quinta ipso die 1^{ae} Haduigis Anno Domini Mille

Monasteria

simo

1520. 15. Blm. 222
simo quingentesimo quinquagesimo sexto. Regni nostri vi:
gesimo septimo. Relatio Reverendi Joannis Przembski
Vicecanellarij & Invenit Cracoviei. Vilnei et Sancti Ho:
niani in Kieparz Prepositi.

Joannes Przembski R. P. Viceanceli significat.

[The body of the document contains several paragraphs of text written in a cursive script, which is largely illegible due to fading and the angle of the page. The text appears to be a formal report or letter.]

[A small, illegible handwritten mark or signature at the bottom left of the page.]

[A small, illegible handwritten mark or signature at the bottom center of the page.]

[A vertical column of text on the right edge of the page, likely from an adjacent page or a marginal note, which is mostly illegible.]